Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456207-p0001-1

Z. n. 18.

320
20

Br. 119.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456207-p0002-7

28

VETERUM HEBRÆORUM COMMENTUM DE ADAMO PRIMUM CREATO ANDROGYNO

A JACOBO BÖHMIO ALIISQUE PHILOSOPHIÆ TEUTONICÆ SECTATORIBUS

INCRUSTATUM HODIEQUE REVOCATUM ET EXPOLITUM

EXPLODENS

AD

ANNIVERSARIAM SOLENNITATEM

CONNUBIORUM

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

CHRISTIANI

DUCIS SAXONIÆ JULIÆ CLIVIÆ AC MONTIUM ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ LANDGRAFII THURINGIÆ MARCHIONIS MISNIÆ ET UTRIUSQUE LUSATIÆ COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGÆ COMITIS MARCÆ RAVENSBERGÆ ET BARBIÆ DYNASTÆ RAVENSTEINII &c.&c.&c.

PRINCIPIS AC DOMINI ET NUTRICII NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI

ET

SERENISSIMÆ PRINCIPIS AC DOMINÆ

DOMINÆ

LUDOVICÆ CHRISTINAE

DUCIS SAXONIÆ JULIÆ CLIVIÆ AC MONTIUM ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ ET RELIQUARUM DITIONUM

PRINCIPIS AC DOMINÆ CLEMENTISSIMÆ

PIIS VOTIS

IN

ORATIONE PUBLICA AC SOLENNI

D. XI. MAJI A. C. IN AUDITORIO ILLUSTR. AUGUSTEI MAJORI

RECOLENDAM

ILL. AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS UTRIUSQUE REIP. PROCERES CÆTEROSQUE LITERARUM FAUTORES UT ET ILL. AUGUSTEI CIVES

SUMMA QUA DECET OBSERVANTIA ET HUMANITATE

INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS, SS. TH. B.

CONSIL. SAXO-WEISSENFELS. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P.P.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456207-p0003-3

ANtiquam iſtam Hebræorum fabulam eſſe, qua *Adamum primum hominem* ſtatuunt creatum eſſe *marem & fœminam in uno corpore conglutinatum*, ſeu *compoſitum ex mare & fœmina*; ipſa arguit *Ariſtophanis* apud *Platonem* narratio in tractatu quem *Sympoſium* inſcripſit, quæ ita ſe habet: *Olim fuit tertium quoddam hominum genus ex mare & fœmina compoſitum, cujus nomen ſolum nobis reſtat. Hujus tota ſpecies erat rotunda dorſum & latera circum habens, manus quatuor, totidemque crura, vultus item duos tereti cervice connexos & omnino conſimiles, caput utrisque vultibus contraverſis unum, aures quatuor, genitalia duo &c.* Provocat ad hanc narrationem ex Judæis *R. Menaſſe ben Iſrael* in Concil. Geneſ. qu. 8. p. 15. ed. Lat. & ex Chriſtianis in antiqua Eccleſia illam adducit *Euſebius* Præpar. Ev. l. 12. n. 12. p. 585., ut alios ſileam. Ipſe autem *R. Menaſſe* Veterum Hebræorum ſententiam geminam refert ex *Bereſchit Rabba*, quarum alteram amplexus *R. Semuel* Adamum coſta una abundaſſe, indeque formatam Evam putabat. At *R. Semuel ben Nahman*, mulierem conjunctim cum Adamo creatam & quaſi pice agglutinatam ſcapulis ejus exiſtimabat, ita ut a fronte Adamus, a tergo Eva eſſet. Priorem opinionem probarunt *R. Moſche* in Directore ſuo, *Arama, Abravanel, Ben Sueb, Sem Tob, Alchecb* aliique in gloſſis ſuis; qui verba: *marem & fœminam creavit eos*, ita intelligenda ajunt, ut mulier non actu ſed potentia creata ſit cum homine, videlicet in coſta illa, ex qua poſtea Deus Evam formavit. Nec alteri opinioni ſui deſunt Fautores, quorum in numero eſt *R. Selomo, Aben Ezra, Rabenu Bahye, R. Eliezer Germanus* & *Ishacus Karus* in gloſſis ſuis. Qui uno ore ajunt, hunc Scripturæ locum magis ſecundum verba ipſa accipi debere, eoque Adamum & Evam primo non bicorpores ſed concorpores fuiſſe, & corpus hoc vocatum Adam, quæ vox marem & fœminam ſimul denotet propriaque ſignificatione ambos contineat. Et poſteriorem hanc ſententiam *R. Menaſſe* ſuo judicio ita approbat, ut tamen *R. Salomonis* ſententiam non quicquam difficultatis relinquere addat. Sunt autem verba *R. Salomonis* in Commen in Gen. 1, *infra dicit ipſe* Moſes: & ſumſit אחת מצלעותיו *unam de coſtis ejus* &c. *Ubi Medraſch Aggadah ait quod creaverit* Deus *eum* hominem *duarum facierum prima creatione, deinde vero diviſerit eum. Sed litera Scripturæ hæc potius eſt, quod hic doceat te, ambos creatos eſſe die ſexta, quomodo ſe habuerit creatio eorum non exponat tibi; exponat vero alio loco;* ſc. capite ſequenti ſecundo Geneſeos. Fatetur itaque *R. Salomo* Literam Scripturæ iſtud non dicere. Et *R. Moſes Maimonides* in More Nebochim P. 2. c. 30. p. 280. recitatæ huic traditioni: *Adam & Eva creati fuerunt ſicut unus, & tergis vel dorſo conjuncti, poſtea à Deo diviſi fuerunt, qui dimidiam illam partem accepit, & fuit Eva, & adducta fuit ad ipſum;* ſubjicit: Quanta vero eſt ignorantia illius, qui non intelligit, hæc ſecundum ſenſum aliquem occultum intelligenda eſſe! Ita & alii plures inter Judæos deſerunt literalem hujus traditionis ſenſum & ad occultum & myſticum confugiunt, qualem *Paulus Slevogtius* Diſp. Ac. XXI. contra Hebræos p. 491. pluribus deſcripſit. Neque rationes, quas *R. Menaſſe Ben Iſrael* pro hac Veterum Hebræorum opinione adduxit, ſatis firmæ ſunt. Nomen enim אדם licet mari & fœminæ tribuatur, non tamen notat androgynum talem, nec Deus dicitur androgynum talem creaſſe hominem, ſed hominem collective ſc. marem & fœminam Gen. 1, 27., qui mox plurali pronominis numero: creavit אותם eos, diſtingvuntur. Et gratis אחת מצלותיו de *latere uno* explicatur, cum צלע non *latus* ſed *coſtam* primo & ordinario ſignificatu notet, atque hæc coſta non tum fuerit mulier, ſed demum in mulierem fuerit a Deo ædificata, cum antea Vir ſolitarius fuerit, nec ei inventum adjutorium, Gen. 2. 20. Et quid porro huc faciat locus Pſ. 139, 5. in quo de ſe ipſo, non autem de Adami prima creatione loquitur David, ubi illud אחור וקדם צרתני *pone & ante* i. e. ab anteriori & poſteriori parte *obſediſti me*, aut ſi ita velis *formaſti me*, nulla mei parte ſive anteriori ſive poſteriori à Deo non creatis? Non autem ſenſum refert: à poſteriori parte ſeu à tergo fœminam & ab anteriori parte Virum me formaſti; qui ſenſus non niſi Rabbinis in mentem venire potuit. An autem coſta illa ordinaria fuerit an extraordinaria & ſupernumeraria, quicquid ſtatuas, parum facit ad rem. Nec enim inde vel perfectioni primi hominis quicquam decedet, dum Deus ipſe ejus locum repleverit & carne clauſerit, nec monſtroſus Adam antea fuiſſe argui poterit ob coſtam ſupernumerariam certo fini a Deo deſtinatam. Præterea licet non expreſſe Evæ inſpirata dicatur *anima*, animata tamen & viva facta legitur à Deo & ſimilis Viro, ex coſta Viri animata & viva, ut non opus ſit ad inſpirationem Adamo factam regredi, quid-

quippe qua Adamus unam Animam, non duas accepiſſe creditur. Hinc ſuis his rationibus parum fiſus ipſe *R. Menaſſe Ben Iſrael* ad *R. Salomonis* ſententiam propius accedit, (ſc. in litera Scripturæ illam traditionem non eſſe fundatam,) eamque nihil difficultatis relinquere, recte ſcribit. Ut adeoque mirum ſit inter Chriſtianos extitiſſe & adhuc eſſe, qui his & ejusmodi aliis commentis Judaicis delectantur, eademque revocant & figmenta figmentis accumulant. Veterum hæreticorum *Adamianorum, Sethianorum* aliorumque Erronum errores paſſim confutatos non memorabo, nec Eccleſiæ Patrum quorundam nævos ſæpius à Doctoribus contectos retegam, nec nominabo Scholaſticos iisdem inſiſtentes veſtigiis: ſed tantum modernorum Fanaticorum mentionem faciam, qui *Jacobum Böhmium* ex ſutore Philoſophum adeo depereunt, ut cum ipſo Adamum aut Androgynum faciant, aut neque Virum neque fœminam fuiſſe ſtatuant, & ejus ſomnum à Deo immiſſum peccati non expertem, ipſumque conjugium peccato inſerviens aut ſaltem peccati remedium interpretentur. *Jacobi Böhmii* ſunt in Myſterio Magno c. 18. §. 2. p. 104. *Adam war ein Mann und auch ein Weib, und doch der keines, ſondern eine Jungfrau voller Keuſchheit, Zucht und Reinigkeit als das Bilde GOttes. Er hatte beyde Tincturen von Feuer und Lichte in ſich, in welcher Conjunction die eigene Liebe als das Jungfräuliche Centrum ſtund als der ſchöne Paradiſiſche Roſen-und Luſt-Garten, darinn er ſich ſelber liebte: als wie denn in der Auferſtehung der Todten dergleichen ſeyn werden, wie uns Chriſtus Matth 13. und 22. ſaget, daß wir uns weder freyen noch freyen werden laſſen, ſondern gleich ſind den Engeln Gottes. Ein ſolcher Menſch wie Adam vor Heva war ſoll auffſtehen und das Paradis wieder einnehmen und ewig beſitzen, nicht ein Mann oder Frau. - Hätte er die Viehiſche Schwängerey und Fortpflantzung begehret, ſo hätte er balde im Anfange Mann und Weib geſchaffen - ſeine Vollkommenheit - welche der allererſte Menſch durch falſche Luſt verſchertzte, da ihn GOtt hernach in ſeinen Schlaf erſt zum natürlichen Leben in Mann und Weib - und ihn dem Maden-Sack mit den Thieriſchen Gliedern zur Fortpflantzung anhieng &c.* Lib. de Triplici vita *c. 18. §. 7. Adam war vor ſeiner Eva die züchtige Jungfrau kein Mann und kein Weib. Er hatte beyde Tincturen die im Feur und die im Geiſte der Sanfftmuth, und hätte können ſelber auf himmliſche Art ohne Zerreiſſung gebähren, wäre er nur in der Proba beſtanden. conf.* Lib. cit. c. 1. & 6. Item de III. Principiis c. *10. §. 7. p. 97. Es ſoll niemand wähnen daß der Menſch habe vor ſeinen Falle viehiſche Glieder zur Fortpflantzung gehabt, ſondern himmliſche, und auch keine Därmer &c. conf. ib. c. 12. §. 10. p. 122. & c. 17. §. 85. p. 234. daß Adam vor dem Schlafe vor ſeinem Weibe keine thieriſche Geſtalt gehabt hat, denn er war weder Weib noch Mann, ſondern eine Jungfrau ohne thieriſche Geſtalt, er hatte keine Schaam noch Brüſte, er durffte ſie auch nicht: Er hätte gebohren in Liebe der Zucht, ohne Wehe oder Eröfnung ſeines Leibes, eine Jungfrau wie er war, und wäre müglich geweſen, daß das gantze Heer der Engliſchen Menſchen wäre aus einen Brunnen ausgegangen wie bey den Engeln, ſo er in der Verſuchung wäre beſtanden.* Quas habuerit Philoſophus Teutonicus harum opinionum occaſiones, exponit *H. Morus* in Phil. Teut. Cenſura T. 1. Op. Phil. p. 545. At ſi cum his Böhmianis conferamus, quæ nupere ſcripſerunt noſtri Myſtici, facile ex quo ſutoris fonte biberint cognoſcimus. Proſtant libelli *die Erbaulichen Theoſophiſchen Sendſchreiben; gedruckt zu Heliopolis 1700. Item das Eheliche und unverehlichte Leben der erſten Chriſten beſchrieben von* Gottfried Arnold 1702. Epiſtolarum Autor in ep. XIV. ſcriptitat: *Adam war ein Paradis-Menſch der von H. Element als der 5. Eſſentia, im Munde eſſen ſolte - die Eſſenz war Krafft, gleich auch der Paradis-Leib Krafft: in dieſem Leibe ſchien das Licht aus dem Hertzen, da Sophia [die Göttl. Weißheit] ſeine Geſpielin wohnete, mit welcher Adam ſich multipliciren oder vermehren könnte und ſolte auf Engliſche Art. Allein der Geiſt dieſer Welt war auch in dieſer Jungfrau verliebt, und bracht Adam zur Luſt, daß er wolte gut und böß iedes in ſeiner Eigenſchafft koſten, da zog GOtt ihm den Baum der Erkäntniß erſt aus der Erden und gab Adam das Verbot. Nun aß Adam wohl nicht mit dem Munde davon, aber mit der imagination oder ſeiner Gedancken Einſenckung, und wurde überwunden. - Es ſtund vom Schlaf nicht der erſte Adam, ſondern der zertheilte in Mann und Weib auf mit thieriſchen Magen, Gedärme und Scham, welche der erſte Adam nicht hatte &c.* Diſtinctius & plenius illa omnia enarravit *G. Arnoldus* l. c. cap. 7. p. 150. ſqq. & in app. 1. hæc leguntur p. 355. ſqq. *1. Der Menſch iſt zum Bilde Gottes erſchaffen. 2. GOtt iſt ein verzehrend* Feuer, *it. GOtt iſt ein* Licht- *ein ſtarcker eifriger GOtt - und von groſſer Güte. 3. Nach beyderley Eigenſchafften ſollte der Menſch Gottes Bild ſeyn - 4. das männliche iſt* Feur und Zorn; *das weibliche iſt* Licht und Liebe - *5. in einer ſubſtans*

ſtans

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456207-p0005-4
DFG

ſtans und Weſen vereinbahret und unzertheilet - 6. daher der Menſch anfänglich nicht in zweyen, *ſondern in einem ſubjecto oder Perſon ſey erſchaffen worden. - 7. Iſt derohalben der Locus Gen. 1, 27. - nicht ſo wohl von männlich als weiblicher Perſon in zweyerley ſubjectis, als vielmehr von männ und weiblicher Eſſenz und Eigenſchafft in einer Perſon und ſubjecto zu verſtehen: oder es würde mit Gen. 2, 18. 20 - 24. ſich ſchwer conciliiren laſſen. 9. wenn beyde [Eigenſchafften] einander in ſüſſer und reiner Gemeinſchafft der eſſenz ſich umfaſſeten, ſo hatte der Menſch die Macht durch Bewegung und Krafft des in liegenden ſchaffenden Worts ein Bild ſeines gleichen aus ſich zu gebähren, ohne daß er einer vorhergehenden thieriſchen Vermiſchung und nachfolgenden ſchmertzlichen Geburth hätte von nöthen gehabt wie itzo - 10. war alſo ſolche anfängliche Schöpffung des Menſchen in einer Perſon oder ſubjecto nach der erſten urſprünglichſten intention des Schöpffers heilig und gut - 11. daß aber GOtt nachhero ſprach, es ſey nicht gut, daß der Menſch allein ſey Gen. 2, 18. ſolches geſchahe* ex cauſa adventitia *- 12. denn GOtt erkante wohl, wie das potentialiſche centrum der Sünde und Abweichung nach ſeiner verborgenen Sucht in den Willen des Menſchen ſchon beweglich war - ſo ſcheidete GOtt die Eigenſchafften in zweyerley Perſonen oder ſubjecta; damit zugleich aus der getheilten weiblichen Eigenſchafft der Liebe der beſtimmte und verheißene Weibes-Saame als der rechte Schlangen-Treter möchte gebohren werden. 14. Ja weil die Neigung des zum Fall inclinirenden Menſchens von dem innern ins eußere gieng: ſo hat die Weißheit Gottes auch darinn dem Menſchen proſpiciren und ſein inners ihm zum äußern Vorwurff machen wollen. Damit wenn er ja etwas auſſer ſich ſuchen und lieben wollte, er kein fremdes ſuchte ſondern dasjenige, was als ſein eigenes von ihm genommen war. 15. Alſo ließ nun GOtt den Menſchen in einen tiefen Schlaf entſincken, nemlich in dieſelbe Ohnmacht der vorigen himmliſchen Kräffte, daraus der Wille des Menſchen als aus ſeiner Burg und Veſtung ſich im Verborgenen gewendet hatte. In dieſem Schlaf wurde das weibliche von den männlichen geſchieden und zwey Perſonen aus einer zu ſolcher Form gebildet, wie es die äuſſerliche Vereinbahrung nunmehr erforderte. - 18. Eine dem gefallenen Stande convenable Art zur Gebährung - 19. da nun der Fall vollzogen war, da giengen ihnen die Augen auf, ihre fremde Geſtalt zu erkennen &c.* At enim vero quam dives commentis hæc eſt commentatio! Unde Fanaticis conſtat *marem & fœminam in una perſona & in uno ſubjecto creatos eſſe?* Nonne hoc figmentum eſt contra Scripturam S., quæ clare dicit: marem & fœminam creavit אותם eos, non אותו, ut ſcias duas notari perſonas Gen. 1, 27. & porro benedixit *ipſis* Deus, & dixit *ipſis* fructus facite &c. v. 28. it. ecce dedi *vobis* v. 29. ſqq. Duo ergo mas & fœmina ſunt ſubjecta æque ac in cæteris animantibus. Quo ordine vero & modo *Mas & fœmina* Gen. 1. 27. creati ſint, exponitur Gen. 2, 7. & 22. non nova creatione, ſed factæ creationis uberiori narratione. Quis aperuit Fanaticis: *ſolum Adamum ante creatam Evam potentiam habuiſſe cœleſti, ſpirituali & Angelico modo ſe multiplicandi in ſe ipſo & ex ſe ipſo?* ubinam illud in Scriptura legitur? quis ille modus cœleſtis, ſpiritualis & Angelicus? Ubinam angeli leguntur ex ſe ipſis generaſſe & ſe multiplicaſſe? A quo edocti ſunt *duplicem lapſum Adami*, primum ante creatam Evam *interno deſiderio more beſtiarum ſeſe multiplicandi* commiſſum, alterum in comeſtione fructus vetiti? certe de illo deſiderio, nec vola nec veſtigium extat. Neque illud deſiderium modo animali ſe multiplicandi in ſtatu primo peccatum reputari poteſt Adamo Animali, & futuro generis humani Satori. An etiam ſomnus, qui *à Deo* immiſſus dicitur, peccatum putabitur? An peccato in externum actum deducendo ſubveniſſe cenſebitur Deus creando Evam, ut illaudabili Adami deſiderio more beſtiarum ſe multiplicandi ſatisfieret, isque deſiderium in actum deducere poſſet? Ubinam Deus corporis membra & organa generationis aut modum generationis alium & ab illo Gen. 1, 28. diverſum conſtituiſſe legitur? Etiamſi peccatum, libido & concupiſcentia prava à ſtatu illo primævo abfuerit. Figmenta igitur hæc ſunt, qualia qui amant in Hiſtoria Adami & Evæ, ament & *H.C. Agrippæ* T. 2. Op. p. 553., *Helmontii* de Ortu medic. de mortis introitu n. 49. 85. &c. *Bourignoniæ* de novo cœlo & nova Terra Epiſt. 5. p. 51. *Poireti* Oecon. Div. l. 1. c. 22. p. 320. ſqq. *Chriſtiani Thomaſii* diſſ. de Fund. def. c. m. inſufficientia 1698 hab. aliorumque portenta, quibus omnem conjugii rationem extra Paradiſum abjiciunt & ex peccato & poſt peccatum eſſe illud ortum ſtatuunt. Sed hac connubiali Solennitate Sereniſſimorum Principum anniverſariis votis recolenda *Conjugium Paradiſiacum pro ipſo ſtatu integritatis ad multiplicationem generis humani à Deo eſſe inſtitutum*, tuebimur. Huic igitur ſolennitati ut Illuſtres Aulæ Sereniſſimæ Miniſtri & utriusq; Reip. Proceres cæterique Literarum Fautores una cum Ill. Aug. Civibus intereſſe haut gravatim velint, obſervantisſime rogo atq; oro. P.P.D. Rog. MDCCXXV.

Leucopetræ, Literis G. A. Legii, Aul. & Auguſtei Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456207-p0006-9

Nc 885.
4°

ULB Halle 3
001 556 347

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456207-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456207-p0008-0

28

VETERUM HEBRÆORUM
COMMENTUM
DE ADAMO PRIMUM CREATO ANDROGYNO
A JACOBO BöHMIO ALIISQUE PHILOSOPHIÆ TEUTONICÆ SECTATORIBUS
INCRUSTATUM HODIEQUE REVOCATUM ET EXPOLITUM
EXPLODENS
AD
ANNIVERSARIAM SOLENNITATEM

CONNUBIORUM

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

CHRISTIANI

DUCIS SAXONIÆ JULIÆ CLIVIÆ AC MONTIUM ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ LANDGRAFII THURINGIÆ MARCHIONIS MISNIÆ ET UTRIUSQUE LUSATIÆ COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGÆ COMITIS MARCÆ RAVENSBERGÆ ET BARBIÆ DYNASTÆ RAVENSTEINII &c.&c.&c.
PRINCIPIS AC DOMINI ET NUTRICII NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI
ET
SERENISSIMÆ PRINCIPIS AC DOMINÆ

DOMINÆ

LUDOVICÆ CHRISTINAE

DUCIS SAXONIÆ JULIÆ CLIVIÆ AC MONTIUM ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ ET RELIQUARUM DITIONUM
PRINCIPIS AC DOMINÆ CLEMENTISSIMÆ
PIIS VOTIS
IN

ORATIONE PUBLICA AC SOLENNI

D. XI. MAJI A. C. IN AUDITORIO ILLUSTR. AUGUSTEI MAJORI
RECOLENDAM
ILL. AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS UTRIUSQUE REIP. PROCERES CÆTEROSQUE LITERARUM FAUTORES UT ET ILL. AUGUSTEI CIVES
SUMMA QUA DECET OBSERVANTIA ET HUMANITATE
INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS, SS. TH. B.
CONSIL. SAXO-WEISSENFELS. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-456207-p0009-0